



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibvs Ab Intestato, De Renvnciationibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Summa Sive Compendium Eorum, quæ in Foro magis practicabilia
continentur in hac part. II. Successioibus ab intestato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

DISCURSUS XLI.

107

par. 3. Mantic de tacit. lib. 12. tit. 6. cap. 1. Latr. consule. num. 91. num. 4. Aponte de potestate Proreg. tit. de successione mulier. in princ. Bottiller. de successione intestato theor. i. num. 16. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 1. gl. 1. par. 1. apud quos alij; Et in qua questione respedu bonorum, sive loco circumscripti buntur ad effectum comprehensionis sub Statuto verius esse videtur, ut censeantur de loco in quo sita sint, non autem de loco personae, utin termini Statuti deferentis dotem filii, habetur apud Merlin. decis. 828. & 853. apud Dunozert. decis. 828. & apud Rojas decis. 157. & advertitur sub tit. de dote disc. 103 & seqq.

Iibi vero agatur de nominibus debitorum, est sub questione, in qua opinionum varietas promovete habetur. Aliquisbus volentibus, ut non circum-

scribantur loco, sed sequantur personam creditoris; Alijs, ut attendatur locus contractus; Et alijs, ut attendatur locus definita solutionis, ex ijs quæ in materia habentur ceteris relatis apud Bellon. jun. de jure acrefere cap. 10 quaff. 2. ex num. 138. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 10. à numer. 93. ad 99. Franch. decis. 93. ibique Adden.; Rota apud Buratt. decision. 474. numer. 4. & apud Merlin. dicta decis. 828. num. 17. Giurb. ad consuetud. d. cap. 1. gl. 1. par. 1. & cap. 2. gl. 5. Adhuc tamen occasio non deficit, id formiter, & ex professo disputare, cum solùm incidenter de hoc actum esset in Faventia de qua sub rit. de Renunciat. disc. 14. Cumque sit questionis juris dubia, hinc proinde Tribunalium ityliis deferendum videtur; Mobilia vero receptum videtur, ut personam sequantur.

S U M M A

S I V E

C O M P E N D I U M

Eorum, quæ continentur in hoc Lib. XI. P. II. De Successionibus ab intestato, & de Statutis.

I.
De ordine intestatae successionis, ex sola dispositio-
ne juris communis, à numer. 1. ad 22.

II.

De necessaria successione, quæ à jure quoque com-
muni, secundarum nuptiarum ratione resultat,
à numer. 22 ad 32.

III.

De alia successione necessaria, quæ resultet à jure
municipali, vel alio jure speciali, à numer. 34. ad 37.

IV.

De successione prælativa alicuius generis persona-
rum ex jure municipali, quod sit alterius genera-
ris exclusivum, puta masculorum in exclusio-
nem femininarum, à numer. 38. ad fin.

S U M M A R I U M.

I.
*Q*ualis sit ordo intestatae successionis de jure
communi.

2. Prima causa successionis est filiorum legitimorum
& naturalium supra parentes.

3. Quomodo si illa neppotum ex filio prædefuncto.

4. De differentia inter patrem, & matrem circa
successionem naturalium tantum, ut patrii
non succedant, matri autem aquæ succedant
cum legitimis, quod limitatur.

5. Filiae impiant, vel conferunt dotem, & quando
fecerunt, & quid in donatione ob causam facta
filio.

6. Non extantibus filiis succedunt pater, & mater,
& fratres utrinque conjuncti, vel eorum pre-
defunctorum filii, liceat moriens si in potestate

Hijorum extantibus, avunc. & avia alijs ascendentibus
non admittuntur absq; representatione.

8. Non extantibus patre, vel matre, avo, & avia
succedunt cum fratribus vel eorum filiis.

9. An nepotes ex fratre prædefuncto succedant cum
patre, vel matre,

10. Fratres ex uno latere ubi extent fratres utrinque
vel eorum filii, & parentes, non habent ius in
successione.

11. Quid deficentibus utrinque, an fratres ex uno
latere concurrant cum parente eiusdem late-
ris.

12. Alij collaterales post fratres, & fratribus filios
non succedunt cum ascendentibus etiam medi-
atis licet gradus sit aequalis.

13. Neppos plurium fratribus nullis extantibus fra-
tribus, an succedat in stirpes, vel in capita.

14. Idem neppos ex fratribus licet nulli adhuc fra-
tres excludunt patnos, & avunculos.

15. De successione fratrum unius lateris tantum.

16. Degenerico ordini successionis aliorum conjunc-
torum post predictos.

17. Conjuncti succedunt si que ad decimam gradum
civilem, & non ultra.

18. Eis non extantibus succedit uxor, eaque non cu-
rante, fiscus, sed quando haec fiscis successio ex-
cludatur.

19. Illegitimi non habent ius agnationis, sed solumili-
tud cognationis ideoque cognatis, non autem
agnatis succedant, & è contra.

20. Quid de legitimariis.

21. Et quid de adoptiis.

22. An inter parentes intret distinctio, ut paterni
in paternis, & materni in maternis succede-
nt.

23. De necessaria successione filiorum primi matri-
monij in bonis maris binba obvertit à primo
viro.

II.

- viro, vel à filiis primi matrimonij ex l. facmina.
- 24 Quas pœnas secundò nubentium inducunt à jure civili, lex canonica abolevit.
- 25 Iste pœna procedunt etiam in viro binubo, & quando excusat.
- 26 De alijs excusationibus istarum pœnarum, prefertim ratione consensu.
- 27 An dicta successio procedat in bonis, que media te obvenient.
- 28 Istud ius filiorum est personale, ad heredes non transmissibile, si pœnæ parenti binubo predecedant.
- 29 Minusque dicta successio intrat in ijs bonis, quæ parentis binubus ex filiis testata dispositione, vel donatione obtinuit.
- 30 Aut in obtentis titulo oneroso.
- 31 Poteſt parentis binubus in his bonis gratificari aliquos ex filiis.
- 32 De successione necessaria in legitima filiis debita, & de illa, quæ debetur conjugi pauperi.
- 33 De alia successione necessaria, ex l. hac edicata.
- III.
- 34 De necessaria successione filiorum in bonis parentis, prefertim in dotalib[us] matris ex iure municipal[i].
- 35 De illa conjunctorum in bonis antiquis.
- 36 De illa eorumdem volente p[ro]fessore disponere cum illegitimiis.
- 37 De successione necessaria in fideicommisso, vel feudo, seu emphyteusi.
- IV.
- 38 De ratione introductionis Statutorum circa successionem.
- 39 Ancenfenda sint odio, & exorbitantia, vel potius favorabilita, & iuri conformia.
- 40 In eis requiritur utraque subjectio personarum & bonorum.
- 41 An excludant personas ecclesiasticas.
- 42 An sint servanda inter lacos in successione persona ecclesiastice.
- 43 De donatione feminarum, quæ per hoc Statuta demandatur, quomodo intelligenda sint.
- 44 De alijs ad materiam remissive, & quare de singulis non agatur.

Iuris civilis dispositione attenta, quæ ubique, in terris etiam Ecclesiæ, atque in Ecclesiastico foro, quoque viget; Quamvis antiquior, vel medio tempore, non modicā varietas, super intestatæ successionis ordine dignofatur; Ex novissimo tam Justinianeo Jure, cum quo vivitur, iste ordinis redditus est, cum pleraque dubitationes, quæ in casibus omisssis, vel non sufficienter explicatis, magnam inter nostros majores pugnam causarunt, hodie quoque sopia penè sunt; Eam pro regula amplectendo opinionem, quæ magis Tribunalibus probabilior visa sit, ac propter ea magis communiter recepta.

Filiorum itaque primi gradus, qui nullam natum maculam habeant, sublata sexus differentia, prima, & coæqualis est causa utriusque parentis respectu, neque cum filijs, nepotibus; ex eisdem, qui ad-

huc extent, minusque defuncti p[re]ter, vel in concurrunt, cum filij omnes alios vincant; Nepotes autem, vel ultiores descendentes, qui apud præfunctis, primum cum avo, vel proavolo locum occupent, filiorum loco habentur, atque parentes etiam vincunt, atque in aliorum filiorum primi gradus concursum, ex representationis beneficio obtinent id, quod eorum parentis obtineret si vive-ret.

Ea vero, inter patris, ac matris successionem, filiorum vel descendenter, ex his, difference, non sicut in patre, non nisi legitimis, & naturales, non autem naturales tantum lucedunt; in matre autem, omnes coæquali jure, naturalium macula non obstante; Nisi de matre illustri agatur, quæ filios legitimos habent (utroque requisito copulativo desiderato) V[er]o nisi ex damnato, & punibili coniugio progeniti sint, ut in legitima quoque filii de necessitate debita statutum est.

Quamvis autem, ex dicto Novissimo Jure, sublata sit sexus differentia; Si tamen feminæ, ab eo parente, de cuius successione agitur, dotem habuerint, Istam conserue, ac imputare debent; Nisi ex ea donatione dos data sit, quæ ab alio, quam filiationi motivo proveniat, id est quæ collatione, ac imputatione non subjaceat; Optione data non confundi, quatenus à successione abstinet velit; Idemque in masculis, quibus caufativa donatio, iuxta iuris regulas imputabilis, facta sit, A.

Post filios, alioquin descendentes; Parentum primi gradus, nempe patris, & matris, ac fratrum, & fororum utrinque conjunctorum, secunda, & coæqualis est successio in causa, patris postea vinculo neglegit, in ea honorum specie quæ, sub adventu p[ec]ulio cadit, cum solum eorum, que sub vero perfectio p[ec]ulio adhuc remanent, occupatio patri concedatur, ipsius p[ec]ulifure; In alijs autem hereditario, ac successorio iure, cum matre, & fratribus venit.

Atque ubi utriusque primi gradus parentes extitunt, vel eorum alter, avi, vel avia, vel alterius ascendentis, nulla est successio, neque representationis ordinis in verso datur.

Si vero genitani fratres, vel sorores, vel eorum prædefunctorum filii adhuc, immediati autem parentes defuerint, atque solus mediatus extitit, sive nempe, vel avia, sub questione est, an locum parentis coæquali jure occiperet, magisque recepta, & probabilis affirmativa videtur, B.

Prout etiam quæsto est, cum opinionum variate, in casu converso, ubi nempe pater, vel mater extitit, non autem frater utriusque conjunctus, sed ex eo prædefuncto nepos, an representationis beneficium intret, ut ita primum locum occupe, majorque dubitatio dicitur, quando alter primi gradus fratris non extitit, qui representatione aniam p[re]beat; Pariterque probabilior est opinio nepoti favorabilis, ut representationis beneficium iuvatur, C.

Illi vero fratres, vel sorores, quibus unius tandem lateris conjunctio datur, cum parentibus, vel cum eum fratribus utrinque conjunctis, eorumque prædefunctorum filiis, nullum habent concordatum; Cadente quæstione, an utriusque conjunctis non existantibus, illi qui ex uno tantum latere conjuncti sunt, ad successionem concurrent, cum eo parente, a quo

A. de hac materia collationis, vel imputationis habbit, de hered. dif. 31. & sis de legit. dif. 24.
B. hoc sis. dif. 30.
C. hoc sis. dif. 3. n. 11.

C. De LUCI
de
testamento
et cœ
GVT
9

SUCCESSIONUM AB INTEST.

109

à quo eorum conjunctio manat, quia nempe uterini cum matre, vel consanguinei cum patre concurrere velint, magisque recepta est negativa. Non tamen cum ascendentibus, etiā mediatis, alijs collaterales post fratres, & fratum filios concursus alij quem habent, licet respectivē gradus & qualitas ad sit. D

Nullis autem extantibus fratribus, sed plurimis prædefunctorum nepotibus, magna apud antiquiores, nimirumque involuta fuit questio, an adhuc intrare debeat representationis ordo, per quem successio fiat in stirpes, eo modo quo accedente patruo, vel avunculo, seu amito, vel materterè concursus succeditur; Hodie vero ubique magis ea recepta est opinio, ut successio sit in capita, cum cetera representationis necessitas. E

Adhuc tamen hujus representationis casu, vel necessitate cessante, illa in fratribus prædefunctorum filiis, operativa remanet, ubi cum defuncti patruo, vel avunculo concursus fiat; Licer enim, eadem, & coequalis tertio gradu conjunctio sit, non tamen equalis est successio, sed potius est illa inferioris linea collateralium nepotum ex fratre, primum fraternali gradum ita representantium. F

Utrinque conjunctis quoque, vel eorum filiis, non extantibus, fratum, & fororum ex uno latere tantum, prior quādū, ulteriorum collateralium successio est coequalis, si ex eodem latere attineant, si vero ex diversis, dividitur successio pro bonorum origine, ut in ijs, que à patre, consanguinei, in ijs autem que à matre, uterini succedant; In questiis autem de funeris, sit jux coequalis; Nepotes autem ex fratre unius lateris cum nepotibus ex fratre utrinque pro magis recepta opinione non concurrunt.

Aliorum vero omnium ultra proximissimos, indefinita est successio, sola gradus proximitate attenta, ideoque patruus vel avunculus consobrinum excludit, vinculi unicitate, vel duplicitate non curata, sique ad decimum civilem gradum, quem successioni ordo non egreditur, sed vir, vel uxor subintrat G; Istoque etiam non extante succedit fiscus, quem tamen aliquando in clericis, Ecclesia, &c in infirmis, vel addictis aut expositis Hospitale, vel alia Congregatio, pro casuum vel morum diversitate excludit. H

In illegitimis autem, inter agnatos, & cognatos, distinctio est, ut agnatorum nulla activa vel passiva successio detur, cognatorum vero fiscus, nisi ea accedit circumstantia, que (ut supra) matrem quoque extraneam efficiat, cum ab ea relinqui per cognationem conjuncti normam recipiant. I

Legitimitorum activa, & passiva successio, à legitimatis qualitate pender, eo modo quo circa legitimam debitum advertitur, an scilicet pura, & plena a supremo Princeps facta sit, ut explicitam, vel subintellebam non habeat juris venientium ab intestato præservativam L; Adoptivorum autem hodie nullū questionis casu praxis docere videtur.

Card. de Luca P. 2. de Succes.

D. hoc cit. disc. 3.

E. disc. 8. num. 10. & alibi hoc cit.

F. disc. 8. hoc cit.

G. disc. 39.

H. sub tit. de Regal disc. 149. ubi de hac materia successio fisci in bonis vacantibus, & quando non intret.

I. disc. 10.

L. Sub tit. de legitim. & detraction. & hoc citula disc. 38.

In parentibus mediatis præsertim, magna est Juriistarum lucta, an coequalis sit ius, ex gradu maiori proximitate regulanda, vel potius patrimoniorum divisio intret, seu bonorum origo attendatur, ut scilicet paterni in paternis, materni autem in maternis succedant; Probabilior autem, atque in praxi magis recepta videtur opinio, que priuam tenet partem, ut scilicet haec distinctio, seu differentia hodie sublata sit.

II.

De necessaria successione, que à iure quoque communis, secundarum nupciarum præfertim ratione, vel alias resultet.

Inter alias poenias, quas lex civilis, mulieri ad secundas nuptias convolanti injunxit, ea est, in praxi frequenter contingibilis ut in ijs bonis, que ex liberalitate, ac benevolenti primi viri, vel ex immediata successione unius ex filiis primi matrimonij, in eam binubam obvenerunt, sive etiam ex luxuria dotalibus, necessaria sit successio filiorum, aliorumque liberorum ejusdem primi matrimonii, dispositione ipsi matri morienti prohibita, veletiana ea inter vivos, que lucrativa sit, aut alias legis fraudem respectiva redoleat.

Quamvis enim, matrimonij libertatis favore, penas, quas secundò nubentibus lex civilis inflixit, lex canonica abolevit, istaque lex correctoria, in foro etiam laicali, atque in laicalium Principum ditionibus, (que sub terrarum Imperij vocabulo explicari solent) legi civili prævaleat; Adhuc tamen incorrecte remanent illæ poenæ, que liberorum primi matrimonij favorem respiciunt. M

Prædictæ autem legis civilis littera, mulieri binubæ istam, aliasque irrogat poenam, idcoque plurimum sententia est, ut in viro locum non habeant; Contrarium tamen magis receptum est, ut in utroque conjugi, vel parente respectivè, pariformiter id procedat; Facilius tamen in viro cadet justa excusationis causa, in gratiam eorumdem filiorum ex prima uxore superstitum, quorum, melior educatio alterius uxoris moraliter necessitatem, vel congruentiam exigat, pro facti qualitate. N

Excusat itaque ab hac poena superiorius insinuata, vel alia similis justa causa, sive ipsorum liberorum consensus, qui tamen expressus, ac legitimus existat, ad hunc finem datus, non autem, ubi ex sola urbanitate, seu benevolentia, vel quod parenti filius contradicere non audeat, sive quod novercam, vel reverentiam exhibuerit. O

Non levis autem questio est, an haec necessaria successio, in ijs bonis procedat, qua à primo conjugi, legitimam debitum superstitem, non immediate, ex unius ex filiis successione, sed mediata obvenerunt, quia nempe uno filio prius defuncto, alter pro eius virili succedit, sive postea morienti, cum aliis fratribus parens binubus succedat, an scilicet quod ita mediata obvenit, huic necessaria

K. succesi-

M. de his paenis secundo nubentium disc. 29. cum pluribus seqq.

N. disc. 33.

O. eodem disc. 33.

succeſſionis ſubjaceat, quod varias habet opinio[n]es variasque recipit diſtin[t]ion[es] p[re]ſertim in linea deſcenſiva, vel transverſa, ideoque in ſua ſede vi-dendum eſt P.

Huic verò neceſſaria ſucceſſioni favore liberorum tantum, qui parenti binubo ſuperſint, locus eſt, ideoque priui matrimonij liberi, qui tali binubo parenti p[re]decedant, ad extraneum h[ab]erem huiusmodi ſucceſſionis ius non transmittunt, quamvis reſtaſti decedant, quidquid aliquorum er-ror trādat. Q

Minusque eidem neceſſaria ſucceſſioni locuſt, in illis bonis, quae non ex infeſtata ſucceſſione, legiſque beneficio, ſed ex morientis filii benevo-lentia, & diſpoſitione, parens binibus obtineat, ſi-vé per ultimam voluntatem, ſive per auctum inter-vivos id fequatur. R.

Prout neque ſub hac p[en]a cadunt ea, quae bi-nibus conju[x] ex primi bonis obtinuerit, non ex li-beralitate, ſed ex cauſa onerosa, & co[r]reſpoſtiva, ut p[re]ſertim ea donatio eſte ſolēt, qua pro alicujus in-equalitat[is] compensatione fiat.

Non omnium item liberorum primi matrimonij neceſſaria eſt ſucceſſio, ſed eorum tantum, qui-bus parens binibus gratificari velit, cum iſtam à le-ge habeat potestatē, qua ad exercitium non de-duat, aequalis eſt omnium conditio, juxta ſucceſſionis ordinem. S

Aliæ ſunt neceſſaria ſucceſſiones, quae à iuri ſu-ſum diſpoſitione manant, ut eſt legitima, quæ liberis, vel parentibus debita eſt, iſta verò di-verſam habet ſedem vel materiam. T Sive illa, qua pauperi conju[gi] ſuperſtitii debetur in bonis morientis conju[gi] in qua[rt]a parte. V.

Prout impinguat legitima ſpecie[re] habet illa neceſſaria ſucceſſio, quae in ipſiusmet binubi pa-rentis bonis, primi matrimonij liberi debita eſt, ut ultra legitima eis de jure debitam, cuiuslibet eo-rum conditio aequalis fiat ſecundo conju[gi] ſupe-rſtitii, cujus favore parens binibus diſpoſuerit, quamvis ex cauſa lucri conventionalis, vel ſtatuta-ri diſpoſitione manet, ubi lex municipalis, explicitam vel implicitam non habeat derogationem illi legi, quæ liberorum primi matrimonij favore ita ſta-tuit. X

III.

De ſucceſſione neceſſaria, qua reſultet à iure mu-nicipali, vel ab alio iure particulaři.

Quamvis juxta ordinem in prima Rubrica inſi-34 quatum; Jus civile novissimum, infeſtata ſucceſſionem regulari debere ſtatuerit; Attamen; Vel quia antiqui Romanorum mores, ab illis Græco-rum, qui rale Jus novissimum conderunt, eſſent diverſi; Vel quia in eo intermedio ſpatio, quod in-ter Imperii Romani translationem, dictarumque legum inventionem, ac uſum, interceſſit; pro di-verſarum dominantium Nationum moribus, vel ex aliis accidentibus, diverſum ſuccedendi ordi-nem plures p[re]ſertim Italiæ populi ſibi ſtatuerint;

P. diſc. 30

Q. diſc. 34.

R. ead. diſc. 34.

S. de pramissis, & alijs ad materiam ſecundarum nuptiarum diſc. 29. cum plur. ſeqq.

T. ſub tit. de legit. & detrac[t].

V. diſc. 49.

X. diſc. 32. & ſub tit. de doce diſc. 120. & ſeqq.

Hinc proinde; Vel ex antiquarum legum, ſeu con-fuetudinum particularium continuatione; Vel ob-rum animi declaratione, cito legum ciuilium u-ordō ſuccedendi, etiam neceſſarias, ut p[re]ſertim frequentiori uſu docet in mulieris doce; la qua filiorum neceſſaria eſt ſucceſſio, adeo neque volens poſſit mater aliter, per ultimam p[re]ſer-tim voluntatem, diſponere, ut in dotali poſſimmo le-tor adverteatur. Y

Sive quod de bonis antiquis, ac alias quam ei propria acq[ui]ſitione obveniſt, non licet, illa de ſanguine, qui etiam per tranſverſum coniuncti ſint, excludiſt, in toto, vel in parte, cum extraneis diſpo-nere. Z

Ant quod volens cum propria p[ro]le naturali tantum diſponere, fratres, vel agnatos in aliquo parte ſucceſſores habere tenetur A; cum ſimi-bus restrictionibus, certam, ac generali non ad-mittentibus regulam, cum ab plurimis legum pati-enti ari qualitate id pendeat.

Ex privato quoque jure, neceſſaria ſucceſſio nem frequens praxis ubique docet, ubi nempe de fideicommissaria, vel de feudalib[us], ſeu emphyteuticis ſucceſſione p[re]dicti, & providentia, aut famili agatu, ut in earum peculiaribus ſeditibus adverteatur; Id autem, reſtaſti, vel conventionalibus, poſtius, quam infeſtata ſucceſſioni reſeruenda eſt, cum non ali-mo morienti, ſed primo diſponenti, vel acquirenti ſucceſſi dicatur. B

IV.

De ſucceſſione prelativa alicui generi perſo-nae ex iure mu-nicipali, quod ſit alterius generis in cluſiu[m] pu[er]i, p[ar]tu, m[ar]itali, in exci[pi]onem feminarum.

Ex eadem ratione, quæ initio p[re]cedens Rubrica inſinuata eſt, ut ſcilicet antiquis Romanorum moribus, ac etiam illis, cum quibus ſub Longobardis, ac alijs poſt ſecundum Romanum Imperium Italia continuavit uſque ad caſualiem inventi-onem voluminum, ex Justiniani Imperatoris ma-dato in Constantiopolitana Civitate ordinatu, adverſetur illud Jus novissimum, quod, vel pro Graecorum moribus, Vel p[ro]tunc dominans formicini sexus adulatio[n]e, favore feminarum, & cognatorum conditum fuit.

Per universam p[ro]m[ulg]ationem Italiæ Statuta conditunt, feminarum, atque cognatorum excluſi-vo maleſculorum agnatorum, ex minimo com-mendabili voto p[re]taris, Italiæ moribus valde adop-tato, conservandi bona in agnatoribus, & famili-quorum deces, ac nobilitas ita conservantur, alia autem vilescenti, ita extraneas ditando familias, ac perſonas, quæ revera nullam habeant ſanguinis coniunctionem, ab eo, à quo bona parta fuit.

Super hujusmodi verò ſtatutorum interpre-tatione, ſcribentium pugna non levem eſt, an ex lati-35 deſcriptione, vel potius rigorosa, & stricta ſit, & benigna,

Y. de bis legibus, vel conſuetudinibus ſabit, deſcrib. diſc. 90. & diſc. 103. cum plurib[us] ſeqq. & hoc in diſc. 38.

Z. diſc. diſc. 103. de doce.

A. de reſtaſti, diſc. 52.

B. Sub tit. de fideicommissis, p[re]ferim diſc. 14. & ſub tit. derenunciati, ubi de patris ſuper ſucceſſione, vel earum renunciati, ſit.

SUCCESSIONUM AB INTEST.

III

debeat; Aliquis in majori numero, qui cum no-
vissimi Justiniane Juris dispositione procedunt,
opinantibus, ut eisdem juris correctiora sint, ide-
oque strictam, nimirumque rigorosam interpreta-
tionem habere debeant, atque odiosam reputari, ex-
tensione prohibita, ultra verborum sonum, quam
vis rationis identitas, immo, & majoritas, accedat.

Alijs autem (forte probabilius) primam recipi-
entibus partem, ut praefato Jure novissimo negle-
cto, utope per Gracos pro eorum diversis mori-
bus edito, nostris autem Italis moribus, atque anti-
quo Romanorum juri adverso, favorabilita potius,
benignaque interpretatione digna censenda sint
haec Statuta, utope veri juris Romanorum refu-
tativa, seu verius, morum regionis continuatio-
nem, dictique diversi Graecorum juris non accep-
tationem comprobantia.

Adhuc tamen in foro, illis deferendum est op-
inionibus, que in loco magis receptae sint, quamvis
rationis habeant resistentiam, cum ita exigat legalis
facultatis deploranda miseria, ad quam pragmati-
corum ineptum, ac irrationabile vulgus eam in-
dixit.

Eodemque rigorofo, parumque rationabiliter
su retento, etiam quoque recipere oportet restri-
ctionem, ut utriusque subjectionis copulativus con-
cursus pro hujusmodi Statutorum operatione sit
necessarius, personarum scilicet, ac bonorum, que
statuentur territorio circumscrabantur.

Unde propterera clerici, aliaeque personae ecclae-
siastice, que a statuentis potestate exemptae sint, ad
intestatam successionem alias vocatae ex dicto
4^o Justiniane novissimo Jure, quod sexus, ac agna-
tionis, & cognationis differentiam subfulit, ne-
glecto Statuti ordine, admitti debeant; Quinim-
modo, & ipsiusmet laici, Statuto alias subditi, quoties de-
4^o clerici, vel alias exempti defuncti successione

sit questio; Horum autem neutrum placet, parum
que probabile videtur, ut in sua sede latius adver-
titur.

Ibique illa etiam improbabilitas advertitur, ut
Statuto scdmnæ exclusive dorationem demandan-
te, ista sequi debeat ex singulis quibusque heredi-
tibus, de quibus agitur, nisi Statutum unica dote
contentum, si, unde propterera super verborum
formalitatibus adeo insititur, magna que dispu-
tantur questiones quando uno, vel altero modo
Statutum disponat; Quod pariter pro meo sensu
frigiditates, parumque rationabilis legum sensus
continet, cum potius legis finis, vel effectus attendi
debeat, ne scilicet mulieres a successione excludantur,
dote quoque excludantur, ideoque honestatis
actuaram seu perpetuam viduitatem cum suo, ac
Reipublica præjudicio pati cogantur; Quando
itaque huie inconvenienti consultum est, itaque fi-
nis, cum dote congrua pro qualitate personarum
sit impleris, nimirum improbabile est, ut tni multe-
ri, que plures habeant ascendentem, vel transversa-
les, quorum successionis locus fiat, plures habere
debeat dotes, cum lex eam in singulari numero de-
sideret, communis etiam usus, ipsaque naturali ratio-
ne adverfantibus.

Quia vero hujusmodi municipalium legum di-
versa est formula, vel dispositio, ipsarumque singu-
la diversam receptorum interpretationem, vel
proximam; Hinc proinde compendij incapax ista ma-
teria esse dignoscitur, cum facti potius questiones
esse videantur, pro facti idcirco particulari quali-
tate decidenda, ac de consequenti certam nos re-
cipientes regulam euicunque casui applicabilem,
ideoque in sua sede videndum est; Potissimum vero
cum proxima habeatur quoque Statutorum, alias
rumque municipalium legum aliqua compendio-
sa enunciatio. C.

C. de his omnibus ad materiam Statutorum in suc-
cessionibus hoc tr. disc. 1. Et seqq. Et disc. 4. ubi
aliarecensontur.



Card. de Luca P. 2. de Success. K 2 INDEX